1656

Actum in Castro Præmisliensi Feria Quarta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto.

Ledochowskich Mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosi Petrus Ledochowski ab una et Elisabetha Fiszbachowska primi nuptus olim Generosi Joannis Błażowski ad praesens vero secundi voti eiusdem Generosi Ledochowski consors legitima coniuges legitimi partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Judiciis Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemisliensi Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem consors cum eiusdem mariti sui assistentia et tutorio ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et invicem in et super bonis suis quibusvis omnibus haereditariis obligatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis nec non auro argento clenodiis vestibus gemmis stanno cupro aurichalco pecoribus pecudibus equitiis equiret. totaliter et integre supellectili domesticae nunc habitis et in post habendis in generque forma et materia existen. mutuam advitalitatem et usum fructum advitalitatis inscribunt et concedunt praesen. adv.

earum

extrema duntaxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra Tali videlicet modo
quod si prius praefatum Generosum Zelechowski maritum quam ipsam Generosam Ka:
tharzinam Trzebuchowska, consortem de hac luce decedere contigerit, Extunc memo:
rata consors sua bona suprascripta omnia ac praemissa omnia superius expressa cum
omni praemissorum iure dominio et proprietate omnibusque usufructu eorundem ad extrema vitae
suae tempora tenebit habebit illisque quiete et pacifice utifruetur. Post mortem vero et de
hac luce decessum eiusdem suprascriptae Consortis suae extunc praemissa omnia bona prae
fati mariti propria ad Successores eiusdem mariti sui sine quavis contradictione Succes:
sorum suprascriptae Consortis suae pleno iure redire debebunt et devoluentur Similiter
quoque si prius praenominatam consortem suam quam ipsum maritum mori evenerit, extunc
bona suprascripta praefata omnia morte praefatae Consortis suae derelinquenda cum omni uti
praemissum est iure dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum utilitatibus et
Commodis idem Generosus maritus suus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pa:
cifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra utifruetur Post
mortem vero eiusdem suprascripti mariti sui bona eadem praefatae Consortis propria mor:
te eiusdem mariti praefati derelicta ad Successores suprascriptae Consortis suae sine quavis
Contradictione Successorum praefati mariti sui totaliter et plenarie redibunt et devolventur
His praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Gumowski et Romer Intercisa Inter se ab utrinque conscriptae Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemislien.
Generosi Dominicus de Gumowo Gumowski ab una et Simon de Chyrow Romer
ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iurisdictionibus
dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Ca:
pitaneali Praemislien. Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis praefatis omnibus quo ad
actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libe:
re publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum deorsum sua pro interesse